



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Vltior decretorum eiusmodi ex scriptura, & autoritate Patrum
confutatio.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

amandam, ac non odio habendum, licet habeat (sicut tu) physicam ad oppositum potestatem. Non ne ridendus merito esset, qui ita de omissione amoris in Deum odii-que in ipsum appositione demonem comparative ad Baptismum vel Deiparam reprehenderet: citius ergo, & potius ridendus, in aduersariorum doctrina de praequisitis decretis, ad quemvis penitentia, & fidei futuritionis statum cum ea siue per modum potestatis, siue per modum praeuiae applicationis requisita ad illas non moralem solum sed physicam, & metaphysicam fidei, & penitentia, pro suo vniuersumque statu, necessitatem, siue infallibilitatem earum afferant, eorumque negatio necessariam siue infallibilem illarum negationem inducat. Denique videntur haec omnia, & impugnantur solutio: quia Deus ex se omittens decretum, siue quo impossibilis est penitentia, & fides Iudeorum, hanc in eis impedit, sicut in Tyrhis illud de se ponens in eis illam apponeret: est autem ineptum in eo reprehendere omissionem actus, quem impedit in illo, comparatione alterius, quem laudas, & praeter ob actum quem tu in ipso apponis.

11. Cum ergo videant aduersarij aegre, imo (ne aegre quidem) posse ab hoc argumento se expedire, eius difficultatem communem nobis etiam esse contendunt. Negare siquidem (inquiunt) minime possumus Tyrhis consensuros sub eis signis, & vocatione, seu auxilio efficaci (in quocumque demum eius efficacia consistat) quod Iudaei eorum comparatione minime habuerunt. Item sub eisdem signis, & auxilio sufficienti, quod solum habuerunt Iudaei, minime in fidem, & penitentiam consensuros, sicuti neque Iudaei consenserunt: certum item, nobis etiam, est donationem auxilij efficacis Tyrhis sub eis signis, & eius denegationem, seu solius sufficientis collationem Iudaeis e libera solum, & gratuita Dei voluntate (ne in Pelagianismum, aut Semipelagianismum abeamus) omnino pendere: ex his autem in nostra, & Catholica doctrina stans, ac certis, idem argumentum contra aequitatem, & prudentiam reprehensionis Iudeorum praeter Tyrhis sub eisdem signis credituris, & acturis penitentiam, quibus exhibitis, nec crediderunt, nec penitentiam egerunt Iudaei aperte conficitur. Ad manum quippe responsum, imo & contra reprehensorem habent querelam: quod ipsi sub eis signis sufficientia solum auxilio à Deo pro libito ita statuerent habuerint; non autem efficacia, quae cum eis signis à Deo Tyrhis darentur, & quibus, si ipsi darentur dubio procul in fidem, & penitentiam aequae ipsis consentirent.

12. Sed tamen cum reprehensio Christi non fuerit, ut patet ex textu ob statum, in quo constituti à Deo ob eius arbitrium sunt; sed ob eius malum vsum auxiliorum eis donatorum à Deo, atque in nostra opinione auxiliorum efficacia intrinseca non sit, neque ex parte principij ad sui futuritionem, siue conditionatam, siue absolutam consensus, & boni, vel mali vsum auxiliorum decretum Dei efficax, siue praefinitio necessario connexa cum consensu requiratur; sed cum eadem vocatione vnus consentiat, alter vero non consentiat ob suam voluntatis arbitrium, bonumque vel malum eius vsum, recte Iudaei ob malum vsum reprehenduntur ex comparatione ad Tyrhis, qui eadem, vel simili vocatione à Deo sub eis signis donandi bene vreverunt; male vero in necessario praefinitientium doctrina. Adde etiam ob statum illum inefficacis auxilij, in quo à Deo constituti sunt bene posse in nostra doctrina, & iuste praeter Tyrhis sagillari: cum enim auxilij efficacia, vel inefficacia, eiusque cognitio, & scientia diuina ex bono, vel malo vsum libero voluntatis eorum, saltem conditionato, dependeat: qui status ordine causalitatis ab absoluto dependet (si enim posito auxilio consentiant verum omnino esset, quod, si poneretur consentirent) quod illud auxilium eis collatum efficax non fuerit, neque tale à Deo cognitum, penes malum tandem eorum vsum omnino est: quod autem sub auxilio alio, si eis cum signis illis daretur, essent consensuri, & tamen eis datum non fuit, sicuti nec Tyrhis aliud sub quo non consensuri fuere à Deo praenisi, penes Dei absolutum gratiae suae dominium, summumque arbitrium est: ob quae nec Tyrhis auxilium, sub quo praenisi consensuri sunt, imo nec signa illa, & sufficientes auxilium cum illis datum est: quae tamen data sunt Iudaeis ea vero omnia ex eis sunt, de quibus, ut ait Apostolus dicere Deo nemo potest, cur ita facis? idem argu-

mentum eisdem ponderationibus, & similibus euasione praeclosureibus contra necessitatem Thomisticam decreti absoluti ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti ad contingentis conditionatam futuritionem ex illa conditionata obedientia praedicationi, & prophetis Ezechij, à Deo praenuntiata illis verbis: *si ad illi: mittere, ipsi audierunt te*: quod dixit comparative etiam ad inobedientiam Iudeorum praedicationi eadem, quae vero ad haec loca respondit Caramuel confutauimus abunde d. 1. qu. 2. cert. 9.

CERTAMEN VI.

Uterior decretorum eiusmodi ex scriptura, & auctoritate Patrum consutatio.

1. Alterum scripturae testimonium sit ex illo Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius* ex quo, d. 5. q. 2. Deum certo, & infallibiliter futura contingentia conditionata praenolle praedictis non admodum Recentium Thomistarum euasionebus ostendebamus: eorum futura eius immaure correpti peccata conditionata, si diutius uiueret, nequeunt à praedictione, seu decreto efficaci actuali de illis sub diuturnioris vitae conditione futuris omnino esse: ergo futuritio conditionata contingens futuri conditionato, & talis sit, decreto actuali absoluto subiectiue, & conditionato obiectiue opus non habet. Patet consequentia. Nam peccata illa contingentia in statu futuritionis conditionata sunt, absque vilo eiusmodi decreto subiectiue, siue ex parte actus absoluto, obiectiue vero, seu ex parte obiecti, conditionato, si vera est syllogismi efformati minor. Eam autem veram esse constat primo. Quia Deus peccata hominum, aut Angelorum siue vniuersim creatura cuiusvis rationalis, adhuc, quoad materiale, pro statu vilo non praefinit, potestue praefinire: ut de futuris absolute peccatis, controu. 3. a. 2. aperte ostendimus: ex quibus ad futura conditionata euidens est consequentia praefinitioem negatiua. Tum, quia ex praefinitione conditionata obiectiue, subiectiue vero absoluta, pro casu purificationis conditionis, absoluta omnino peccati, quoad materiale, euidenter inferitur: quare ab huius consequentis negatione, ad negationem antecedentis consequentia tenet. Tum, quia status conditionata futuritionis contingentium actuali absoluto, decreto, quam status futuritionis absolute eorum, minus habet opus, ut de se elaret, superiusque animaduerti: tum denique, quia, cum futuritionis conditionata status amplior status futuritionis absolute sit, eoque maioris vniuersalitatatis, praecedentia prior eiusmodi decreti pro statu futuritionis conditionata contingentium absoluta ex parte actus praefinitio eorum libertati omni signo prioritatibus, etiam anteriori ad absolutum officiet.

2. Dicis ex Aluarez 7. de auxilijs nu. 24. Peccatum immaure correpti fore sub diuturnioris vitae conditione à decreto conferendi ita correpto auxilia efficacia, siue persuerantia: donum vique ad instantis determinatum, quod fuit vita ita correpti postremum; sed certe nihil in eo decreto claudatur aliud de non conferendo auxilio efficaci, seu physica praedeterminatione ad vitandum peccatum, vel potius illam conferendi ad materiale peccati, si diutius uiuat (id quod impugnamus proxime est & quicquid vltius, & fufius impugnabitur) est solutio insufficientis. Quod autem decretum hoc postremum vltius claudi debeat, & à Dei decreto actuali sit sub conditione diuturnioris vitae immaure correpti peccatum, si ad conditionatam eius futuritionem decreto actuali absoluto saltem subiectiue opus sit: probatur: quia praefinitio ad absolutum decretum conferendi auxilium efficax, ex omnino absoluto decreto conferendi auxilium efficax, seu physicam praedeterminationem ad non peccandum vique ad finem vitae, quae fuit, immaure correpti, non est determinate futurum peccatum eius sub conditione, quod vltius uiueret, neque proxime neque remote: potest siquidem adhuc Deus ex vi eius decreti praefinitio decretum

vel non decernere physicam prædeterminationem ad non peccandum pro ulteriori vita, quam ipsi concedat, ergo ex vi eius decreti de dono perseverantiae pro tempore vite, quod fuit, nihil est determinans proxime, vel remote futuritionem peccati conditionatam, si diutius immature correptus viveret; nisi adit alterum decretum negandi physicam prædeterminationem ad vitandum peccatum, vel concedendi illam ad materiale peccati, si diutius immature correptus viveret. Nec quidquam præstat casus Thomæ 2. 2. var. dub. 5. concl. 1. pag. 153. scilicet, fore sub ea conditione diuturnioris vite peccatum illud ex decreto illo permissum illius sub ea conditione; sed certe decretum permissum pure peccati in horum Thomistarum doctrina defendi nequit, ut fufius in sequentibus ostendamus. Secundo: decretum permissum, nequit connecti cum futuritione conditionata illius peccati, nisi vel ratione sui, vel mediocum, ad quæ determinat, ut supponit ibidem; nec ratio mediocum, nisi ea sint phyice prædeterminantia materialis peccati illius quod refugit Zamel. Ratione autem sui nequit connecti cum peccato illa conditionato, nisi, vel sit eius præfinitio cum eius negatione defese pugnant, quod etiam refugit ea solutio Zamel, vel dirigatur scientia media, eamque & futuritionem conditionatam peccati supponat, & non efficiat.

3. Secundo ut arguebam supra malitia peccati illius immature correpti, ne malitia mutaret intellectum eius, siue peccatum formaliter, quia peccatum est, futura conditionare est sub diuturnioris vite conditione: & tamen de malitia illius peccati formaliter, qua tali conditionata futuritionem nullum est per adversarios, viliumque doctorem Catholicum, imo, neque Lutheranum aut Calvinistam actuale, & subiective absolutum in Deo decretum: ergo futuritio conditionata contingens absque vilo absoluto subiective decreto actuali Dei esse potest: quare futuritio conditionata contingens decreto absoluto subiective, & obiective conditionato opus non habet. Hæc eadem argumenta in omnibus, pene infinitis, peccatis hominum sub conditione futuris, si in hac, vel illa rerum, & circumstantiarum peristitiam conderetur, statuerentur, fieri possunt: quæ vero adversarii possunt respondere disiectim cert. 2. num. 7. Mitto alia scripturæ loca, quæ ad præfens institutum adducuntur communiter: ea siquidem omnia contra decreta omnino absoluta futuritionis absolute contingens directo pugnant: ut ea non necessaria ad absolutam eius futuritionem, imo eius contingentiæ, & libertati repugnantia esse demonstrent: de quo sequentibus questionibus opportunius agemus. Nunc ergo ex illis locis argumenta illustrare repetitionis vitandæ causa merito omittimus: præsertim, cum ad ea instruenda multa, & profusa opera sit opus, & quam semel exacte adhibere satis. Ceterum, qui ea argumenta ibi attente legerit, ac penetrant, facile eis ad præfens institutum (quod nec multis nec oblongis consequentiis evincunt) vteretur ex dictis certam, præfens num. 1. sub medium. Eadem de causa multa facimus plura Patrum testimonia quæ ex variis capitibus absoluta decreta antecedentia, & efficacia de libertate actibus creatis à Deo prorsus excludunt, eisdem locis expendenda, & quæ eisdem consequentiis notatis præfens institutum ex vi esse facile possunt.

4. Ad Patrum auctoritatem directo pugnantem contra eiusmodi decreta ad futuritionem conditionatam contingentiæ ponendam veniamus. Prima sit negatina auctoritas, neque ad rem præfentem infirma: cum enim totumque Patres sæpe contingentiæ hæc conditionata, eorumque scientiam in Deo asseruerint, ut vidimus, nemo illorum decretum hoc conditionatum siue ad eam contingentiæ futuritionem, vel leuiter infirmavit: cum tamen quandoque disputandis difficultatibus, quas versabant, aliundeque diluebant, decreti illius doctrina ex vi illis esse posset non exiguo. Secundo: cum apud Patres, & futura conditionata, & eorum scientiam videamus, nihilque amplius, dum id asserimus Patribus, dubio procul, conformatur: qui vero ulterius volunt ea stare per decreta, neque aliter ex Patribus, eis incumbit probatio: negantes eam satis probabimus, si adductis probationibus respondemus, ut aperte respondebimus. Sed descendendo singulatim ad capita auctoritatum, ob quas ex sententia Patrum reiecta ea decreta sunt, & reicienda: Patres omnes

liberati, & contingentia actuum repugnare docent omnem suppositionem antecedentem determinantem ad ipsos, eosque necessaria consequentia inferentem ob sui cum ipsis intrinsecam connexionem, ut constabit fule controu. 3. & brevius hic q. 2. satis: nunc sit Clem. Rom. epist. 3. testimonium: *si quid esset, quod credendum, vel non credendum determinaret, meritum, & libertas tolleretur*: id quod iuxta, communem sensum Scholasticæ doctrinæ haustum de fontibus Saluatoris per processum scripturæ, & antiquorum scripta doctorum: vniuersum docet VValdensis 1. doctrinal. fid. a. 1. c. 2. 8. atqui decretum hoc absolutum subiective, & conditionatum obiective esset suppositio antecedens determinans consensum conditionatum, cum, eoque intrinsece connexum, illudque proinde necessaria consequentia inferens, imo & purificata conditione absolutum inferens in statu absoluto: ergo ex sententia constanti Patrum reiciendum est eiusmodi decretum, tanquam libertati contingentis, cum conditionata, tum absolute contrarium. Minor quoad connexionem necessariam decreti eius cum consensu conditionato absolute, & absoluto purificata conditione, ac proinde necessariam illationem, & præfinitionem absolutam eius quoad statum conditionatum, & purificata conditione quoad absolutum, ipsissima aduersariorum doctrina est.

5. Quod autem sit absolute antecedens futuritio contingens, siue conditionatum siue absolutum purificata conditione patet. Tum ex huius antecedentis, & necessitantis suppositionis definitione apud Scholasticos Patres communi statuenda ex ipsis controu. 3. quam breui tradit Anselmus lib. 2. *Cur Deus homo* c. 18. med. *Necessitas alia est præcedens, quæ causa est ut res sit: alia consequens, quam res facit*. Tum etiam, quia decretum hoc causat necessitatis, & infallibiliter futuritionem conditionatam contingens: ita, ut cum illo eiusmodi futuritio contingens non esse omnino non possit: eo vero sublato esse prorsus nequeat: quod si abnunt manus nobis, & intentum dabunt. Purificata vero conditione cum decreto hoc, vel transeat se ipso, ut communiter docetur in absolutum de re eadem, vel inferat necessario aliud de re eadem absolute ponenda absolutum decretum: erit conditio & reliqua principia contingentis indifferentia essent, ac non prædeterminatio phyice, iuxta eorum doctrinam, negare non possunt aduersarii esse suppositionem necessitantem, cum absolute ad futuritionem conditionatam contingens, tum ad absolutam eiusdem futuritionem, si purificetur conditio, sub qua illud fore conditionate decretum est: nisi negent causas, etiam essentialiter requisitas suis effectibus antecedere. Hoc argumentum ostendimus cert. 4. decretum hoc futurum contingens conditionatum, quod eius obiectum est, quare, & se ipsum destruere (si fieri potest, certius, quam omnino absolutum decretum suum obiectum contingens absolutum) quod satis iam est indicatum. Scio plura effugia argumenti huius ab euerfione libertatis, & contingentia contingentis contra hæc decreta Thomistica petita, in cassum à Thomistis Recentioribus Dominicanis tentari: ea tamen opportunius referemus reseruemusque quæst. 3. & 4.

6. Arguo secundo: quia Patres recitati disp. 5. q. 2. ut rationibus suis respondeant questionibus illis, seu potius argumentis Manichæorum, & aliorum hæreticorum, ut testatur Nyssenus apud Ruiz disp. 6. sect. 1. nu. 26. contendendum Deum esse malum, quia præfens lapsus hominis, & Angeli si eos conderet, eos nihilominus condidit, & purificauit conditionem, lapsus eorum scientiam conditionatam, cuiusque à Deo obiectum, quam illi supponebant hæretici. Patres iidem in his, & similibus eorum questionibus, & argumentis admittunt, & supponunt ut ibi ostendi: aut tam scientia hæc conditionata, quam eius obiectum, scilicet conditionatus lapsus contingens tale erat apud utroque independentem à decreto hoc conditionato obiective & absoluto subiective: ergo ex Patribus, tam scientia conditionata, quam futuritio conditionata contingens, quod est eius obiectum, absque eiusmodi decreto constituit: quod ex relatione Nysseni in antecedenti supposuimus (scilicet questionibus illas esse potius Hæreticorum argumenta, ut Deum ex creatione hominis, & Angeli, & similibus præfens ante à conditionati lapsus eorum, malum ostenderent) ex ipsis verbis claret.

ita enim argumentari solitos Manichæos ait: orat. cathet. c. 7. init. *Deus, cum prauidisset calamitatem, quæ erat ad hominem ventura, ex malo consilio ad creandum hominem accessit; cui erat forte: conducibilis ortum non esse, quam esse in malo.* Et rursus idem eorum argumentum eisdem fere repetit verbis: imo vero has omnes, & similes citatas quaestiones, esse hæreticorum argumenta, quibus Patres responderunt, testatur Hieronym. 3. aduers. Pelag. colum. 5. his verbis: *Marcion, & omnes Hæreticorum canes, qui vetus testamentum, huiusmodi syllogismum texere consueverunt. Aut scilicet Deus hominem in Paradiso positum prauaricarum esse mandatum illius, aut nesciuit: non est in culpa is, qui prescientiam Dei vitare non potuit; sed ille qui talem condidit, ut Dei non posset scientiam deuitare.*

7. Iam minor, quoad Hæreticos probatur: quia si decretum illud de lapsu conditionato sub conditione, quod homo, & Angelus crearentur, ad futuritionem lapsus conditionatam in Deo recognoscerent, posteaque purificari ab ipso conditionem non esse prescientiam solum; sed fortius (meque iudice insolubili) Deum malum, & causam, & auctorem peccati in eorum conditione, quæ conditionem, sub qua eorum peccatum ipse decreuerat, purificabat argumentarentur: cum autem adeo aperto, & claro ad suum intentum argumento vti non fuerint, cum debilitati petito ex scientia conditionata vtebantur; euidens est, eos scientiam conditionatam eiusque obiecta, seu contingentia conditionata absque eiusmodi decretis statuisset; id quod ex argumento Marcionis, & aliorum ex prescientia, & purificationis conditionis à Deo independentem à libertate hominis creati à Deo solo positam inevitabilitate magis liquet: cum elarius libertas, & culpa euerteretur per eiusmodi decretum, & creationem, inferaturque eius inevitabilitas, quam argumentum attingit ab homine creato, quam ex scientia, & purificatione conditionis. Inde vero, quoad Patres probatur eadem Minor: quia Patres scientiam conditionatam: eiusque obiectum ab hæreticis suppositam, eodemque modo quo ab eis supposita fuit supposuerunt, atque asseruerunt, ut citato loco vidimus, quin de eis elusus modo eorum discordant. Ergo, cum absque decreto scientia conditionata, eiusque obiectum scilicet futurum conditionatum contingens asserta ab hæreticis fuerint, absque illo etiam asserta à Patribus fuisse. Secundo probatur: quia, nisi dependenter à decreto ac proinde dependenter ab illo, & scientiam conditionatam, & eius obiectum statuerent, male solutionibus suis responderissent: nimirum præcipuam, & claram, atque obuiam statim difficultatem dissimulantes.

8. Sed præter responsiones ad quaestiones illas, & argumenta hæreticorum, quis (scilicet, & Patres alij) scientiam conditionatam, eiusque obiectum absque vilo decreto recognoscens dedit Augustinus alibi, ea sapius absque vilo Dei decreto recognovit, & asseruit: id quod etiam cum Patribus reliquis, ut libertatem arbitrij tueatur, supponit: qua de re, post multa 3. de lib. arbit. c. 14. facilioris memorie causa, sic læmmatim ait: *quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, si ne peccato ceditur: si autem potest, non ei ceditur, & non peccabitur.* Sed vltius ostendo, & in primis argumento efformato contra nos à Didaco Aluarez de auxiliis libro duodecimo d. 120. scilicet Augustinum, si agnouisset scientiam conditionatam eiusque obiectum independentem à Dei decreto facile, & bene negaturum obiectantibus ab ipso factum in nostras actiones liberas induci: quia homines pro sua libertate gratia auxiliis vtuntur, quia volunt, & alij non vtuntur quia nolunt: atqui ita sæpe respondit, licet aliter censetur Aluarez: ergo ea cognouit, & asseruit Augustinus independentem à decreto: Minor adeo est constans, & clara, ut mirum sit de ea doctum aliquem dubitasse, etenim lib. de prædest. Sanct. c. 6. med. ita Pelagius respondet: *Ecce misericordia, & iudicium: misericordia in electione iudicium vero in ceteros qui excaecati sunt: & tamen illi, quia voluerunt crediderunt, illi, quia noluerunt non crediderunt.* 2. de peccatorum meritis, & remiss. contra Pelag. c. 12. init. *Cum voluntate humana gratia adiuvante diuina sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non sit & possim facillimo, & verissime respondere: quia homines nolunt, & 1. ad*

Simplicia, q. 2. *Cum erga alium sit, alius autem sit, moueat: ut ad fidem: eadeque res sapie alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumque moueat alium non moueat: quis audeat dicere modum vocandi, quo etiam Elia ad eam fidem mentem applicaret voluntatemque coningeret, in qua Iacob infidelis fuit, Deo de fuisse: Eandem sententiam continent verba eius recitata proxime ex 3. de lib. arbit. c. 14. & eis locis immediata probatione ex Augustino referendis eadem Augustini sententia deprehenditur, quare Didaco Aluarez Recentium Thomistarum Principij pro scientia & obiectis contingentibus conditionate futuris absque vilo actuali Dei decreto nobiscum Augustinus expellitur est: quo vero iure ita iudicauit Aluarez si probatur Minor (quam ipse falsam supponebat, ut oppositum contra nos ostenderet) quibus facile compertur, siquidem vt supra vidimus, si decretum consensus aut dissensus nostri sub conditione cuiusvis auxilij (et si prædeterminationis Thomistica non esset, nedum, si ea sit, vt aduersarij volunt) in Deo præcederet purificata conditione à Deo ponente auxilium ex hoc coniuncto decreto, & purificatione conditionis, quod totum à Deo, eiusque libera voluntate esset, crederent, & consentirent homines, aut dissenserent, non à sua libera voluntate, seu quia ipsi voluerunt, aut noluerunt, vt aiebat Augustinus.*

9. Secundo probatur ex Augustino sequi: nec dicente Deum ita velle, & de facto vocare aliquos misericordia sua in illis, præ aliis exercita, quomodo scit eis congruere, vt vocentem non respiciant, sed sequantur voluntate sua Deum vocantem: atque item quomodo eis aptum est, vt intelligant, & moueantur: audi illum 1. ad Simplician. q. 2. *quantumvis multi vno modo vocati sunt, tamen, quia non omnes vno modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem, qui ei capiendi reperiuntur idonei: Ecce in vocati dispositionem, affectum, & idoneitatem ac proinde non in Deum decernentem, siue absolute omnino, siue conditionate ex parte obiecti, quod si vocentur vocationem sequantur. Ne tamen inde Dei misericordiam specialem in electos, seu efficaciter vocatos excludi putes, totumque negotium ab eorum dispositione, & voluntate renire: subdit: Et illud non minus verum sit: igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: qui hoc modo vocauit, quando aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem: inferius autem subdit: quod si vellent, etiam ipsorum (non electorum) misereri, posset ita vocare, quando illi aptum esset, ut & mouerentur, & intelligerent, & sequerentur: verum est ergo multi vocati, pauci vero electi, qui congruenter vocati: illi autem qui non congruebant, nec contemperabantur vocationi non electi: quia non secuti, quamvis vocati. Ecce congruere, vel non congruere vocationi: siue hanc esse, vel non esse congruam nostrum est, quia sequimur, vel non sequimur illam, non præiudicantis Dei, quod sequamur vocationem in Augustino: errori vero præfatus, qui inde posset obrepere, eo modo, quo proxime, statim iterum occurrit: iterum verum est: non est volentis, neque currentis sed miserentis est Dei: quia, etiam si multos vocet, eorum tantum miseretur, quos ita vocat, quomodo eis aptum est, ut sequantur: & de dono persequi c. 14. ex præiudiciata à Christo Domino Tyrionum penitentia sub conditione signorum, & virtutum Corozainitis exhibituram concludit. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentia, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tandem lib. 2. ad simplic. post med. ait: *Cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat.**

10. Ex quibus omnibus hoc argumentum conficitur. Posita præiudicatione absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti, scilicet sub conditione vocationis (quæcumque illa sit) eo ipso quod donetur à Deo, apte omnes vocabuntur, & congrue, vt moueantur ad fidem, quempiamque alium actum ita sub conditione à Deo præiudicatum, sequenturque, nec respiciunt Dei vocationem: ergo posita eiusmodi præiudicatione omnis vocatione congrua, & apta cuiusque, & quocumque tempore erit, vt eam sequatur, ac non respiciat: atqui Augustinus vnam eam sequatur, vni, vniisque menti, & genio, seu ingenio aptam, & congruam esse ait: non aliam, neque alio tempore, neque alij, aut alterius menti, ingenio, seu ingenio. Ergo Augustinus

Augustinus censet non esse præfinitionem Dei de fide, & consensu quousque, sub conditione vocacionis conditionate futuro, & tamen esse fidei, & consensu conditionatam futu-
tionem, cuiusque scientiam, ex qua deus à Deo vocatio electis, & his omnibus, quorum miseretur; ergo sentit futuri-
tionem conditionatam non esse ab eius præfinitione abso-
luta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti. Arguitur
ex præfatis locis secundo, postea eiusmodi præfinitione
à Deo est, omnes æque prompte, & incunctanter illam se-
quentur illico, nec respuunt: ergo æque eundem dociles, geniti-
que apti, & idonei, ut credant, & consentiant, si vocentur;
nec erit cur apriori, & dociliori genio, & affectioni vnus
vocatus, quam alterius is in fidem consensu tribuitur; al-
tiori foris esse alio alius docet Augustinus, meliorique,
apriori, & dociliori genio, & maiori in fidem affectioni
vnus, quam alterius tribuit, quod vocatus fidem concipiat
& consentiat præ alio: ergo confiteatur fidem, & consensum
sub conditione vocacionis futurum conditionatam hanc
suum futu-
tionem est Dei præfinitione absoluta subiective,
& conditionata obiective minime habere. Porro quæ cita-
tis locis respondit Hieronymus Vives apud Borull. nostrum
disp. 7. lect. 1. n. 439. futilia sunt, & seipsum subvertentia, nec
locum in sic à nobis argumentis efformatis habentia; id-
circo eis refellendis tempus absumere non libet.

CERTAMEN V.

*Peculiarior alia ex Augustino argumenta:
ubi etiam S. Thoma mens contra eius-
modi decreta aperta monstratur.*

Tertio impugnantur peculiariter ex Augustino eius-
modi ad conditionatam contingentem futu-
tionem statuenda decreta tantum ex parte actus absoluta:
nam cum Semipelagianorum responsum ad illud ar-
gumentum (quo merita Pelagianorum ad eorum vltimæ fi-
sitionis in parvulis altero baptizato, altero in baptizato
conceptis confutauerat) ex Prospero, & Hilario cognouit
seculum alterum cum baptismo correptis ob bona con-
ditionata opera, quæ viribus naturæ exerceret, si ad etate
adultam perueniret: alterum vero corruptum sine baptis-
mo ob mala conditionata, quæ ageret, si ad vltimæ perueniret
rationis: eam responsum, ut à ratione alienam in pri-
mis reiecit. Secundo: quia, cum de ratione meriti ad præ-
mium, vel penam inductum sit absoluta futu-
tionem, dum eis conditionatis operibus Deum ad illa motum ea solutio
defendat, eam non conditionata solum, sed absoluta futura
defendere debere: quæ tamen in neutro parvulo absoluta
fuerit: imo vero absolute non fuere: quare ea solutio af-
fuerit futura non futura, dum absoluta merita fuisse Deo ad
premiu in vno: & penam in alio inducentia de facto af-
fuerit, & solum conditionate pure fuisse fatetur: deinde aliis
eam solutionem alibi opportunius referendis confutat;
namque vero, quod ea conditionata futu-
tionem à Deo ita il-
lam præfinit sub conditione, quod diu viverent, atque
ad vltimæ rationis peruenirent. Hæc autem solutio, & prom-
ptissima erat, & ad institutum præcipuum euerendi meri-
ta conditionata viribus naturæ ab eis parvulis sub præfata
conditione habenda efficacissima, si, vel probabiles, ne-
cun ex propria sententia firmas, eas præfinitiones ad fu-
turi-
tionem contingentem conditionatorum Augustinus
statuenda præfata præfinitiones non dantur; sed
neque eas dari probabile est.

Nexto dicat Augustinum omisit eis locis, quibus
conditionata Semipelagianorum naturalia merita, ac de-
merita confutauit, ex ea parte, quod ex gratia essent confu-
tate: ac proinde ex lib. 1. & gratia Dei præfinitione ea
conditionata solummodo obiective, non confutasse, neque
eiusmodi præfinitionis meminisse: attende paulisper: quia,
cum ex eodem Prospero, & Hilario didicisset simul Au-
gustinus Semipelagianos ad sua illa conditionata merita
tota abuti conditionata scientia, quam Augustinus af-

Christoph. de Orreaga, de Deo Vno. Tomus I.

seruit, in respon-
sione illa sua ad quæstionem Paganorum
data lib. de tempore Christianæ Religionis, huc epist. 49. q.
2. (de qua supra, & specialiter eruditione & interpretatione
egimus d. 5. q. 2. toto cert. 6.) respondet: tunc non dispu-
tasse, an conditionata illa merita à Dei gratia futura essent,
nec ne: quia necdum id fuerat à Paganis, quibus responde-
bat: imo, neque à b. vilo alio in quæstionem vocatum, ut
constat ex c. 9. de dono perseverant. & c. 9. de prædest. sancto-
rum sub finem recitatis à nobis verbis cert. illo. 5. n. 3. Per-
gitque verbis à nobis etiam recitatis ibidem n. 7. Sed vtrū
predicatio sibi Christo à seipsis habituri essent fidem? an
Deo donante suscipiuri: id est vtrum eos tantum præscin-
deret an prædestinaverit Deus, quæere ac disputare tunc ne-
cessarium non putavi. Ex quibus verbis claret Augustinum
his locis, ubi de meritis illis conditionatis Semipelagianis
Parvulorum egit, satis attendisse ad eorum errorem in eis
imbiturum: quod, scilicet, eiusmodi conditionata merita vi-
ribus naturæ fore docerent, & sibi etiam, ob responsum
illam Paganis datam, imponerent: à quo recitatis verbis se
purgat, & statim utrique quæstioni, & Paganorum, & Semi-
pelagianorum respondet: in adultis, de quibus quæstio à
Paganis proposta fuerat, ita respondisse, ut ex eius respo-
so nulla Semipelagianini (meritorum scilicet ex propriis
viribus) suspicio esse posset: ergo non ex omissione eius
partis erroris Semipelagianorum conditionatorum
ex viribus naturæ, præfinitionibus eorum meritorum sub
conditione vius non fuit: sed quia eiusmodi præfinitiones
ad eam futu-
tionem statuendam probabiles, ne per som-
nium quidem habuit, ac sine earum cogitatione, mediū de-
pendentia, conditionata futu-
tionem recognovit, & asseruit.

Ex his locis peculiariter argumentor quarto Augu-
stini autoritate. Recitatis quippe verbis ait, se tunc non
respondisse Paganis, nam fides illa conditionata, qua ductus
Deus voluit eis adultis apparere, & prædicari Evangelium
suum, quos credituros prænouerat, si ipsi appareret, & præ-
dicaretur ex gratia Dei an ex viribus propriis foret: quia
tunc de eo quæstio Paganorum non erat: ita vero hæc di-
cit Augustinus, ut ad dependentiam eorum operum à Deo
non agnoscat decretum absolutum ex parte actus, & con-
ditionatum ex parte obiecti à quo illa opera sint à Deo,
cuiusque gratia. Patet ex illis verbis: sed an predicatio sibi
Christo à seipsis habituri essent fidem, an Deo donante sum-
pturi: ergo eodem modo, & ita est à Deo ea fides sub
conditione prædicationis, atque à viribus, & facultate ar-
bitrii esse sub eadem conditione per Augustinum; atque
arbitrii facultatem, & vires siue se solis operaturas, siue
gratiæ Dei cooperaturas, solum ponit ad eam futu-
tionem conditionatam in hypothesi, cum aliis eius fidei condi-
tionate principis necessariis: Augustinus ergo in hypothesi
etiam ponit decretum gratiæ, & subinde fidei ipsius dona-
tium. Hoc argumentum mihi firmum est, si illud prædicatio
sibi Christo tantummodo valeat, atque si eis Christus præ-
dicaretur, ita, ut non significet prædicationem de præterito,
& purificatam conditionem in paganis illis, de quibus
loquebatur Augustinus, & in quibus purificata de facto
fuit (quia alter, & verisimilior eius dictionis sensus mihi est
ut d. 5. q. 2. cert. 5. n. 7. docebam. Neque satisfacere huic
argumento ex periphrasi eius clausulæ ab Augustino adhi-
bitæ: id est vtrum eos tantum præscinderet an prædestinaverit
Deus, ubi prædeterminationem æque absolute, atque præscien-
tiam posuit Augustinus: cum autem præscientiam condi-
tionatam ex parte obiecti posuerit per nos, & prædestina-
tionem ex parte obiecti conditionatam etiam posuisse
censendus est; ceterum prædeterminationis nomen non, nisi
de absoluta omnino Dei voluntate usurpavit inquam Au-
gustinus: imo vero eam eius nominis acceptionem repre-
hendit expresse cap. 16. de prædestinat. sanctorum & c. 14.
de dono perseverant. ut vidimus proxime citato cert. 5. num.
6. ubi etiam testimonio Augustini pro se inducto à Ioan-
ne à S. Thoma ex libro apocrypho, falsoque appposito Au-
gustino satisfacimus: verba vero nunc opposita formalis
periphrasis non sunt, sed virtualis, & æquivalens solum:
quia in Paganis illis (de quorum conditionata fidei futu-
ritate, & præscientia sermo erat) fuerat purificata con-
ditio, & posita absolute fides, quæ non nisi ex absoluta om-
nino prædeterminatione Dei & donacione gratiæ esse à Deo
poterat, ea in illis eorumque fide apponi debuit: eorum-
que ad eam quæstionem de necessitate gratiæ & donacionis
fidei per illam erat dicere an esset à Deo absolute dante,